



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De operibus solidæque devotionis exercitiis, quæ vel quotidie non  
peraguntur, ves fusiore indigent explicatione, quomodo cum majori fructu  
peragi possint

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Collectæ, Epistola.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54780](#)

*Solidæ devotionis exercitia.* 65

pha, Pilato ventilandam. *Confitebor tibi in cythara extensione mei in Cruciē.* *Quare tristis es anima mea?* usque ad mortem & copiosissimam languinis effusionem. *Confiteor Christus ob aliena in se suscepta,* ego ob peccata propria. *Misereatur, &c;* *Indulgentiam.* Petet Christus plenam pro toto humano genere misericordiam & indulgentiam. Ad verba *Dens tu conversus;* *Ostende nobis Domine misericordiam tuam;* *Domini vobiscum.* Videō Dominum meum ab Angelo confortatum resumere animos; redire ad Discipulos dicendo: *Eccē appropinquat, qui me tradet.*

*Ascensus ad Altare.*

**D**um ad Altaris medium ascendo, infixoque ei osculo vado ad cornu Epistolæ. Osculo traditur Dominus meus, capitur, raptatur ad Annam, ubi præter alias acceptas injurias colapho percūtitur. De hoc doleo, & cùm idem moraliter toties fiat à Christianis.

*Kyrie, Gloria:*

**I**mploro primū divinam misericordiam ter Kyrie ad singulas in Trinitate personas dirigendo; cupiensque quantum possum, reparare injurias Domino meo illatas. Dico cum fervore & unionē totius Ecclesiæ militantis & triumphantis *Gloria in excelsis Deo.* Dicto Dominus vobiscum, dum ad cornu Epistolæ redeo, raptur ante me Dominus meus ad domum Caiphæ.

*Collecta, Epistola.*

**D**um Collectas dico, recurrent animo Collectæ, accusationes, illusiones, &c. quod inter

inter hæc maximè contrastavit Dominum, tria Petri negatio. Tempore Epistola cogito Dominum meum specialiter fuisse accusatum ut everorem veteris legis,

*Oratio, Evangelium.*

**D**Um à cornu Epistolæ ad medium Altaris procedo oratus, ibidem confuetam orationem, præcedit me Dominus meus à domo Caiphæ ad Pilatum, apud eum de variis accusatus, eum à Pilato ad Herodem missum prosequor, dum ad cornu Evangelii vado lecturus Evangelium. Et quia apud utrumque ratione doctrinæ suæ maximè accusatur, & usque modo doctrina Christi maximam patitur contradictionem ab infidelibus, hæreticis, & prô dolor ipso facto à Catholicis. Hinc cum summo desiderio prædicandi cum fructu Evangelii id altè, clarè, distinctè ac devotè recito. Ante hoc autem, initio Evangelii Cruce signato, *Dominus vobiscum*, eâ intentione dico, ut, quam exteriori omnes Sacrum audientes adhibent verbo Dei reverentiam surgendo & stando; eam quoque re ipsâ & in animo exhibeant, & in spiritu cum Sacerdote devoto osculo venerentur locum lecti Evangelii ad significandum ardorem; quo totam illam doctrinam amplecti, in corde conservare; & etiam, quoad consilia Evangelica, executioni mandare volunt.

*Credo.*

**I**nterim à cornu Evangelii ad medium Altaris præcedit me Dominus meus ab Herode missus